

tate culpa quæ facta est in primo Aduētu, &c. a pag. 240 ad pag. 241.

HILDEBERTI TIRONENSIS
sermo in illud *Esaia* 35. Tunc aperientur
oculi, &c. enī correspondet hodiernum
Euangelium. Quatuor languores qui-
bus laborabat Adam & totum genus hu-
manum ante Adventum Christi, enum-
erat; cœcitatem videlicet, surditatem,
claudicationem, & loquela priuationem:
fanavit autem cœlestis medicus
has infirmitates in aduentus suo piissimo,
illuminando oculos mentis, aperiendo
aures cordis, dirigendo hominum
gressus, & vinculum lingua soluen-
do; quæ omnia mysticè expōnuntur.
Tom. 3. Biblioth. Patrum col. 315. & sequen-

B

titibus.
D. INNOCENTII PAPÆ III. ser.
hac die habitus in illud, *Fecit veniet Pro-
phetæ magnus, & ipse renovabit Hierusalem.*
Christum magnum Prophetam demon-
strat, quad ruplicem Christi Aduentum
distinguit, in nube, in rore, in turbine,
& in igne. Hierusalem quatuor modis
vulnus ostendit, est enim Hierusalem
in patria superiori, inferior in via, inter-
ior in anima, exterior in Syria: qua-
druplicem insuper enumera pacem, &
quad ruplicem Ecclesiæ renovationem.
Tom. I. pag. 10. II. 12.

JOANNIS THAVERI Serm. I.
in Epistol. ad Rom. 15. Docet sumمام
esse erga nos Dei benevolentiam. Optā-
dū esse ut paratos & capaces nos exhibe-
amus. Quod adueniens Christus plura
distribuat munera timorem Dei, volū-
tatem bonam, paupertatem voluntarii,
castitatem mentis & corporis, humilita-
tem profundam, intentionem puram
gratiæ contemplationis. *A pag. 13. vsq-*

ue ad 18.

Eiusdem sermo 1. in illud *Luce* 21. Scito-
te quia prop̄ est regnum Dei. I. explicat quo-
modo & quando regnum Dei prop̄ nos
fit. II. quo paōt anima adduci queat, vt
intrare cognoscat Deum suum, si scili-
cet fiat supra locum & tempus. III. libe-
ralitatis esse Dei, quod velit anima suū
suū dilatare ut Deum recipiat. *A pag.*

18. vsq; ad 20.

* **NICOLAI DE CUSA** sermo in

A Epist. in quā hæc habentur. *Quæcumque*
scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt;
Rom. 15. Spes vera & perfecta, est gratia
nutriendis spiritum, & vita anima ratio-
nalis unitæ animalitati; quando igitur
quod credimus, indubia spe tenemus,
tunc id quod post mundum futurum ex-
pectamus, in nobis iam est absconditum
si speramus filij Dei fieri, iam Christus
in nobis est absconditus. Et si pascimur
in gloriâ apprehendentes Deum, & hæc
credentes, & idem erit in re cibis, quem
modo tenemus in spe, Ideo verus reli-
giosus intrat monasterium ut poenitentia-
m agat, sicut non item, &c. Excitatione-
num lib. 5. à pag. 496. ad pag. 497.

Eiusdem sermo in eadem Epist. verba
in quo probat Hominem esse de naturâ
rationali & animali, quasi de igne &
aqua; vnde est quasi naturarum unio
quæ in se habent diuersas leges seu mo-
tiones, vno autem haec est incontinuæ
pugnæ, ideo virtus quæ pacificat bellum
patientia dicitur, patitur enim anima
quando corpori non potest complacere
in eo quod amat; Anima patiens est si-
milis Salamandriæ, quæ de igne tribula-
tionis pascitur. Scriptura est vti aqua,
quæ id quod est in potentia seminis in
terra seminati mediante calore solis,
cuius in actum prodire facit: Scriptura
sacra habet se ut aqua impregnata spi-
ritu cœlesti, ad fecunditatem terræ est
perfectio omnē doctrinā cōplicans, &c.
Excitationum lib. 8. à pag. 616. ad pag. 617.

Eiusdem, in Euang. sermo, *Mitto An-*
gelum meum, &c. Matth. 11. Christus rece-
dit ut paret locum, & reuertitur simili;
recedere enim sensibiliter est accede-
re intellectualiter: Vnde Apostoli illi
aduentui pararunt viam: paratur autem via per angelum, cuius offi-
cium est illuminare, purgare & perfic-
cere. Lib. 5. excitationum pag. 480.

Eiusdem, vnde suprā sermo, qui totus
in hanc ratiocinationem potest reduci.
Viderunt oculo mentis patres artem
per quā Deus fecit secula, quæ & æterna
Dei sapientia dicitur, quæ est panis vita
intellectualis naturæ; & crediderunt il-
lumi panem de celo ad nos descenditu-
rum, & in nostrâ naturâ tanquam repa-
ratorem